

60
INNOCENTIUS SECUNDUS PONT. CLXVI.
ANNO DOMINI MCXXX.



Innoentius II. Romanus, Gregorius antea dictus, Joannis de Papareschis filius, S.R.E. Diaconus Cardinalis, tit. S. Angeli. Creatus 13. Kalend. & coronatus 10. Kalend. Martii 1130. Sedit annos 13. menses 7. dies 8. Creavit in sex Ordinationibus Card. 53. Episc. 9. Presb. 24. & Diac. 20. Obiit anno 1143. 8. Kal. Octob. in Patriarchio Lateranensi, corpus ejus in eadem Basilica Lateranensi positum. Vacavit Sedes diem 1.

Anacletus II. Antipapa, Petri Leonis filius. Creatus anno 1130. Sedit contra Innocentium annos 7. menses 9. dies aliquot. Obiit anno 1138. & in ejus locum Victor IV. creatus post mortem Anacleti contra Innocentium, sedit menses 5. dies aliquot.

I. Enunciatio Canonizationis Sancti Hugonis Episcopi Gratianopolitani.

Hujus S. Festum agitur die prima mensis Aprilis.

INNOCENTIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI: Dilecto filio Guidoni Priori Carthusien. Salutem & Apostolicam benedictionem.

Hugo Episc. Gratianopolitani velatus jam fuit ab isto Pont. inter Sanctos.

Et merito hunc justitiam & miracula describi mandavit.

DIVINIS respondentes beneficiis, cognita vita, & auditis, quæ per B. Hugonis merita sunt miraculis, supernæ majestatis elementiam collaudavimus, & Archiepiscoporum, Episcoporum, & Cardinalium atque aliorum, qui nobiscum aderant, communicato consilio, ipsum inter Sanctos & electos honorari præcepimus, & diem ejus assumptionis cum gaudio solemniter celebrari.

§. 1. Quia igitur ipsius vita, quam piè duxit in corpore, & miraculorum coruscatio, quæ Deus eum facit apud homines præfulgere, tuæ maxime dilectioni non extant in cognita auctoritate B. Petri & nostra tibi mandamus, quatenus ea, quæ tibi super hoc nota fuerint, diligenter describendo posterorum memoriz tradas, ut & Deus honoretur in Sancto, & Clerus legens, & populus audiens, gratias agant Domino, atque ipsius intercessionem peccatorum veniam percipere mereantur. Orantes pro nobis dilectos filios nostros Carthusienses fratres, per te in Domino salutamus, ac benedicimus.

Dat. Pisis x. Kalendas Maii.

Dat. P. An. r. die 21. Apr. II.

Contra Petrum Abaelardum, & Arnaldum de Brixia, novarum hæresum sectatores.

EDITA A. D. 1139. INNOCENTIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI: Venerabil. fratribus Samsoni Rhemensis, Henrico Senonensi Archiepiscopis, & charissimo in Christi

No filio Bernardo Clarevallis Abbati, Salutem & Apostolicam benedictionem.

§. 1. **P**er præsentia scripta fraternitati vestræ mandamus, quatenus Petrum Abaelardum, & Arnaldum de Brixia perverfi dogmatis fabricatores, & Catholicæ fidei impugnatores, in Religiosis locis, ubi vobis melius visum fuerit, separatim faciatis includi, & libros erroris eorum, ubicumque reperti fuerint, igne comburi.

Dat. Laterani 17. Kal. Augusti.

Damnatis supradictorum hæreticorum.

Edita P. A. 10. die 16. Julii.

CELESTINUS II. PONT. CLXVII.
ANNO DOMINI MCCLIII.



Celestinus II. natione Tuscus, de Castro S. Felicitatis propè Typhernum, Magister Guido de Castello antea vocatus. Creat. 8. Kal. Oct. an. Dom. 1143. Vixit mens. 5. dies 13. Creavit Card. 14. Obiit an. 1144. 7. Idus Martii. Sepultus est in Basilica Lateranensi. Vacavit Sedes dies 2.

LUCIUS SECUNDUS PONT. CLXVIII.
ANNO DOMINI MCXLIV.



Lucius II. Bononiensis, Gerardus antea dictus, de familia Caccianimicorum, patre Alberto, ex Canonico Regulari Monasterii S. Crucis in Hierusalem Congregationis